



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Vexatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

geat consuetudo. num. 176.

Qui in locis vetitis venantur, vel piscantur, vel ligna cædunt, aut prata depascunt, solam legem humanam, vel Ecclesiasticam, vel sæcularem pœnalem, vel non pœnalem, violant: vnde sicut importantes vetita non peccant mort. sic etiam dicendum est de his. c. 23. n. 59. & 60.

De Societate facta cum nautis ad piscandum, vide tit. Societas.

VE X A T I O N E M alienam redimere vel propriam licitum est. cap. 12. num. 14. Dummodo vexatio sit iniusta. cap. 17. numer. 237.

V I D V A realiter fornicata, non potest retinere bona sibi à marito relicta ea conditione, vt castè viuat. cap. 23. num. 62. & ca. 25. n. 65. Secus si relicta fuerunt ei ea conditione vt non nuberet. Atque idem est de marito. c. 25. num. 65.

V I N D I C T A, peccat qui propria auctoritate vlciscitur iniurias, quamuis non possit vlcisci per ministros Iustitiæ. c. 14. n. 114.

Poterit tamen vulneratus persequi fugientem percussorem, & percutere, quantum ad sui honoris defensionem fuerit necessarium: quando si id non faceret, magnam pateretur iniuriam, & sui honoris iacturam. cap. 15. num. 3.

DDd 2. V I R.